Ad quod dicendū ꝙ quia xp̄us omnia ad
nostrā doctrinā opabatur ⁊ sustinebat si
cut nō ꝓpter se sed ꝓpter nos baptizari vo
luit vt videlicꝫ nobis sanctificaret aquas
Sic nō ꝓpter se sed ꝓpter nos heremū adi
it vt videlicet suis ꝑfectis imitatoribꝰ vi
tam heremiticā consecraret. Instruens
nos nichilominꝰ scdm. Crisosto. vt vnꝰ quis
qꝫ baptizatoꝝ relictis mūdi illecebris ⁊
societate praua diuis per omīa debeat
seruire mandatis. Et hoc repñtant quidā
fideles deuoti tp̄e isto ieiuniū obseruan=
tes ⁊ ꝑ hoc se xp̄o velud in deserto confi=
gurantes. Secunda questio est. Cum ex=
pulsio violenciā quandā impꝑtat xp̄us aūt
cūcta que fuerāt nostre salutis voluntarie
fecerit ⁊ sustinuerit. Quare euāgelista nō
dicit eum simplicit̄ eūtem sed expulsum in
desertum. Responsio scdm. Crisosto. Ideo
dicit eū expulsum indesertū vt intelligas
hoc fieri iuxta disposicōis diuine verbū. Per
qd̄ etiam īnuit ne homo seipm̄ intemptaci=
onē ingerat sed aliunde intemptacōeꝫ q̄si
expulsos victoēs existere. ¶ B ¶ Tercia q̄s
tio est quis spūs paulū expulerit idesertū
De xp̄o em̄ planū est ꝙ spūssanctꝰ vt pa
tet ex serie littere luc. x. Qui cum ꝑmisisset
ꝙ ihesꝰ plenus spiritusancto regressus ē
a iordane. Statim intulit ⁊ agebatᷣ a spi
ritu in desertū. De paulo aūt hoc nō vide=
tur cū ip̄e pocius metu hoīm vel humano
vtpote declināas ꝓ fide certamē secesserit
in desertū vt patet ex legenda sua. Ad qd̄
dicendū ꝙ licet ip̄e puer existens primitꝰ
metu mortis quasi expelleretᷣ de sua ciui=
tate vt sic ad herimū fugeret. Aliud tamē
nulli dubium eo etiam inscio agebatur in
ip̄o spūsancto cuiꝰ oculta disposicōe noc
casu hoc credatᷣ accidisse ꝙ sic fugeretᷣ vn
sic de ip̄o vere dicatᷣ. Quia expulit eū spi=
ritus in desertum ¶ In quibus quidē ver=
bis tum ꝓ beati pauli cōmendacōne tum ꝓ
deuotaꝝ menciū post xp̄m cum paulo in
desertum spūaliter exire volenciū instructi
one assumptis tria per ordinem innuūtur
¶ Primū est diuine disposcōis licet oculta
inspiracio ¶ Secundū est mūdane cōuersa
cōis oīmoda postergacō ¶ Terciū est de=
nudate mentis ad intima reuocacio. Hec
tria fuerūt in beato paulo ⁊ sunt necessa=
ria cuilibet homini deuoto xp̄m in deser=
tum imitanti ¶ Primū notatur in eo qd̄
dicitur. Spūs vtiqꝫ sanctꝰ ¶ Secūdū innui
tur in eo quod dicitᷣ. Expulit eum. s. de mū=
do ⁊ cōcupiscencijs eius. ¶ Terciū notatur
in eo quod subditur in desertum ocij. s. mē
talis C ¶ Quantū ad primū ē sciendū ꝙ

quidam a spiritusancto pellūtur quidam
aguntᷣ quidā vero ducūtur. Et scdm hoc
mutātur v̄ba euangeliaꝝ. Nam vbi mar=
cꝰ dicit expulit eum spūs Lucas dicit. ihesꝰ
agebatᷣ a spū. Mathēꝰ aūt dicit. Ductus
est ihesus a spū ¶ Siquidē spūs expellit ꝑ
potenciā. agit per bonitatem. ducit per sa=
pienciā. Primū cōpetit incipientibꝰ ¶ Se
cundū ꝓficientibꝰ ¶ Terciū perfectis. pri
mum facit cōtra naturā voluntarie. Scdm
fit voluntarie mixto. Terciū volūtate per
fecta. Incipiētes igitur expelluntur a spi
ritu quasi inuiti. ⁊ inuoluntarij de quibus
dicitᷣ conpelle intrare. Luc. xiiii. Quod fit
tripliciter. Vnomō per tribulacōes. Exem
plum de iacob qui ꝑsecucōeꝫ fr̄is sui esau
fugiens in via meruit videre angelos as=
cendētes. ⁊ descēdentes in scala cui innixus
erat dn̄s. Et postea meruit lyam ⁊ rachel
adaptā ⁊c̄ ¶ Item exemplum de ioseph q̄
ꝓpter ꝑsecucōeꝫ fr̄m factus est dn̄s egipti
¶ Item exemplum de petro ⁊ alijs disci=
pulis qui ex tempestate orta in mari to=
ta nocte turbati fuerāt. Sed veniente ad
eos dn̄o ambulante supra mare non solū
consolati sed ex hoc in fide. ⁊ dilectōe dei
amplius solidati sunt ita vt petrus de na
ui exiret ad eum. Mat. xiiij. Que omnia bo
na non euenissent si tribulacōes p̄ñie nō
fuissent. Sic igitᷣ nōnulli ꝑ tribulacōes li
cet inuiti ad meliora compelluntur. Felix
est hec necessitas ⁊c̄. Tribulacō em̄ est qua
si quoddā flagellū dei quo nos compellit
ad consequendū nutus dispensacōis diuine
Isto mō paulus ꝓpter ꝑsecuciones fugit
ad heremum nutu diuino compulsus vt fie=
ret exemplar ⁊ speculum vite heremitice
Aliomō fit huius compulsio spūs per du=
ras correpcōes siue inmediate a deo sicut
in beato. paulo aplō qui in via ꝓstratꝰ
dure correptus est. Saule saule ⁊c̄. Siue
mediantibus instrumētis dei scꝫ prelatis
⁊ potestatibus ¶ Tercio hoc fit per vehe
mētes instinctꝰ interiores qui plerumqꝫ
fiunt in nobis contra rem siue ꝓprie volū
tatis. Cuius aptum exemplum est in ba=
laam. Numeri. xxij. Cuiꝰ vie restituit ange
lus cum gladio eo inscio. ⁊ reluctante asi=
na aūt cognoscente. Sic hic ꝑ angelum
cum gladio intelligitᷣ instinctus diuinus ve
hemēs. ⁊ tribilis quē plerumqꝫ homo nō
agnoscit ꝓpter rebellionē ꝓprie volūtatis
Per asinā intelligitur corpus nr̄m qd̄ ple
rumqꝫ nutus diuine cōpulsionis ꝑsentit ra=
cione obcecata quādo īfirmitatibus ꝓster
nitur. ⁊ viribus destituitur ne ceptū iter
ꝓprie voluntatis homo ꝑficere queat. Et

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-v-105/0075
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt